Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Erblich zuesthen. Item Graf Gebhardten gemachel vnd Er sol-
len sich verzeichen des Heyratguets vnd aigenschafft von
Frauen Vta Graefin zu Tyrol seeligen herrierendt gegen
Graf Meinhardten. Item baide von Hirschsperg sollen
baide von Gaerz diser Erbschafft nit enterben, sie verschul-
deten es dann gar groblichen. Item kain thail soll in
des andern gebuet icht weiter an sich bringen. Item der
von Hirschsperg soll den Jungen Otto Welffen an seinen
Schlossen vnd Lechen vngeirt lassen, sonder Er vnd der
von Gaerz, sollen im wider seines Vatters Brueder Hain-
rich von Welffberg, zu recht beysteen. Item der von Gaerz
soll an den von Hirschberg, von der Tyrolischen schulden
wegen nichts ~~fordern~~ vordern, sonder sie baid ainander
hilfflich vnd Raetlich sein. Das ist beschehen zu Meran,
den 10 Nouembris 1254. [~~Auf solliche beschechne ab~~

[Eodem anno Gebhardus feuda ab Abbatissa Chiemseensi suscepit in Oeziavalle sita. Reversales literae exstant in Mon. Boic. t. II; quas huc exscribo.

Nos Dei gratia Gebhardus Comes de Hirsberch, nos Dei
gratia Elisabeth uxor predicti Comitis de Hirsperch,
omnibus presens scriptum intuentibus, salutem. Cum
infelix oblivio sic sit potens, ut ea que pro tempore agun-
tur oblivionis morbus absorbeat; necessarium duximus
et utile, ut ea que posteris relinqui volumus scripturarum
testimonio roboraremus. Hinc est, quod nos presenti
scripto confitemur, quod cum dilecta Domina nostra,
et venerabilis Chiemens. Abbatissa nobis conferret
certum et inquirendum pleno iure feodum quod Ulr.
de Ulturnis p. m. ab Ecclesia Chiemens. possidebat, fide
data positoque iuramento promisimus, quod in supe-
rioribus partibus videlicet Edstal his solummodo pre-
stationibus cum iure advocatissimus contenti, que IV.
meliores et antiquiores de familia Ecclesie ipsius pro-
vincie nobis secundum iura contingere dixerint iurati,
ab omnibus aliis exactionibus ipsam prorsus illesam relin-
quentes. Profitemur quoque quod si ea que predicti nobis
pro iure iurati condixerint, quibuscunque vexationibus
indebitis transgressi fuerimus, ipsum feodum videlicet
advocatia in Edstal ad manus Abbatisse, que tunc in Chie-
mense presit, devolvatur pleno iure: ita quod ipsa de
Feodo predicto disponat quod sue noverit Ecclesie expe-
dire; si predictus Comes legitime commonitus ea que con-
tra formam prescriptam commiserit, neglexerit emen-
dare. Ad hec promittimus, quod si occasione talis collatio-
nis possessiones Ecclesie Chiemens. seu fructus aliquis oc-
cupet vel invadat, damnum estimatum Ecclesie de Came-
ra nostra plenius resarcire. Insuper prestito iuramento
promisimus, quod in officio Auxumes et Wisingeo iure
advocati et in theloneis simus contenti, quod nuper Mar-
chioni de Andachs, qui tunc extitit advocatus, prestaba-
tur, aliis prestationibus ipsas possessiones sub pena preno-
minata prorsus illesas relinquentes. Ad hoc promittimus
sub pena sepe dicta quod neminem feodo nobis collato in
parte vel in toto inpheodabimus; ipsum nobis uxori
nostre et heredibus nostris integrum conservantes. Datum
anno Domini Millesimo quinquagesimo quarto; nono
Kal. Decembris. XII Indictionis. (ducentesimo)

/ ad an. 1255.